Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



nite ad me. Ego dabo uobis omā bona egypti. ut comedatis medullā terre. Pcipe eiā ut tollant plaustra de terra egypti ad subuectionē paruulorū suorū uxorū eiūq; ut ducitō. Tollite patrē uēm festinate quantoci uenientes. ne dimittatis quicquā de suppellectile uā. quia omis opes egypti uē erunt. Fecerūq; filii isrl ut eis mandatū fuerat. Quib; dedit ioseph plaustra sedm pharaonis impiū. et ciba ria intinere. singulisq; pferri iussit binas stolas. Beniamin uero dedit trecentos argenteos cū quinq; stolis optimis. tantundē pecunie et uestiū mittens patri suo. addens ei asinos decē q̄ subucherent ex omib; diuitiis egypti. atq; tot asinas tritici intinere panesq; portantes. Dimisit q̄q; frs suos. et ait. Ne irascamini in uia. Qui ascendentes ex egypto. uenerūt in terrā chanaan ad patrē suū iacob. et nuntiauerūt ei dicentes. Ioseph uiuit. et ipse dominatur in omi terra egypti. Quo audito iacob. quasi de graui somno euigilans. tamē non credebat eis. Illi contra referebant omnē ordinē rei. Cunq; uidisset plaustra et uniuersa que miserat. reuixit spē eius. et ait. Sufficit michi si adhuc filius meus ioseph uiuit. uadā et uidebo illū ante quā moriar. Profectusq; isrl cū omnib; que habebat uenit ad puteū iuramēti. et mactatis ibi uictimis deo patris sui isaac. audiuit eū per uisionē noctis uocantē se et dicentē sibi. Iacob iacob. Cui respondit. Ecce adsum. Ait illi deus. Ego sū fortissimus deus patris tui; noli timere. descende in egyptū. quia in gentē magnā faciā te ibi; ego descendo tecū illuc. et ego inde adducā te reuertentē. Ioseph quoq; ponet manū suā sup oculos tuos. Surrexit iacob a puteo